Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cuntis est qui perficit omnia. In septe-
nario enim numero dierum omnia vita perficitur.
Ieronimus. Vel .vii. panes dona sunt spiritus sancti.
fragmenta panum mistici intellectus sunt
prime septimane. Beda. Quod enim dominus pa-
nes fregit apertionem designat sacramentorum.
Quod gratias egit ostendit quantum de salute
humani generis congaudeat. Quod panes
discipulis dedit ut turbe apponerent signi-
ficat quod spiritualia dona scientie tribuit apostolis et per
eorum ministerium voluit ecclesie sue vite alimen-
ta distribui. Ieronimus. Pisciculi benedicti libri
sunt novi testamenti. quoniam piscis assi partem
dominus resurgens postulat. Vel in pisciculis
sanctos accipimus quorum scriptum novi testamen-
ti fidem. vitam et passiones continet qui tur-
bulentis huius seculi fluctibus erepti refectionem
nobis internam exemplo suo prebuerunt. Beda. Quod
autem turbis saturatis superat apostoli tollunt
quia altiora perfectionis precepta que multitudo
nequit attingere ad illos pertinent qui genera-
lem populi dei conversationem transcendunt. et tamen
turba saciata esse memoratur quia etsi sua re-
linquere nequeant, nec explere quod de virgini-
bus dicitur tamen audiendo mandata legis dei
ad vitam pervenerunt eternam. Ieronimus.
Septem autem sporte sunt .vii. ecclesie. Qua-
tuor milia annus est novi testamenti cum
.iiii. temporibus. Bene et .iiii. milia sunt ut
et ipso numero doceant evangelicos se pastos
esse cibariis. Theophilus. Vel quatuor milia scilicet
.i. iiii. constituti profecti et propter hoc velud forci-
ores plura comedentes pauciora reliquerunt.
Iusto enim miraculo .vii. sporte remanent.
In miraculo autem quinque panum .xii. cophi-
ni quia quinque milia erant, id est quinque sensibus ser-
vientes. Et propter hoc non potuerunt comedere. Sed
pauci contenti multe superhabundant reliquie frag-
mentorum. Theophilus.

Et statim ascendens na-
vim cum dis-
cipulis suis ve-
nit in partes Dal-
manutha. Et
exierunt phari-
sei et ceperunt con-
quirere cum eo
querentes ab il-
lo signum de ce-
lo temptantes
eum. Et inge-
miscens spiritu
ait. Quid generatio
ista signum
querit. Amen dico
vobis si dabitur
generationi isti
signum. Et di-
mittens eos.
ascendit iterum
navim et abiit

Postquam dominus
operatus est miraculum
panum. statim
in alium secedit
locum. ne per mi-
raculum ipsum turbe
caperent ut facerent
regem. Unde sequitur.
Et statim ascendens na-
vim cum discipulis suis venit in
partes Dal. Augustinus. In
Matheo autem legitur
quod venit in fines
Magedan. Non autem
dubitandum est eundem
locum esse sub utroque
nomine. Nam plerique
codices non habent et secundum
Marcum nisi Mage-
dan. Sequitur. Et
exierunt pharisei et ceperunt quer-
ere cum eo. querentes
ab illo signum de celo.
temptantes eum. Beda.
Pharisei signum de celo sig-
num querunt de celo.
ut qui multa hominum
milia secundo paucis
de panibus satiaverat.
nunc in exemplo Moysi
manna celitus missa
et per omnia passim
dispersa populum omnem
in ultimo tempore refi-
ciat. Quod in evangelio
Iohannis querunt dicentes.
Quod signum facis ut
ut videamus et creda-
mus tibi. Patres
nostri manducaverunt
manna in deserto.
sicut scriptum est. panem
de celo dedit eis man-
ducare. Theophilus.
Vel querunt signum de

[illegible]